

vtrū confessores regulares vbi publicatur Bulla Cruciatæ possint absoluere pœnitentes, nō habentes Bullas a casibus reseruatis virtute prædicatorum priuilegiorum? Donde dize. Respondeo dicendo, quod in Bulla Cruciatæ non suspenduntur gratiæ concessæ superioribus ordinum mendicantium, quantum ad eosum fratres solum. Ex quo videtur colligi, q[uod] gratiæ & facultates concessæ dictis superioribus in quantum pertinet ad absolutionem, & dispensationem & commutationem votorum secularium, de quibus in superioribus egimus mentionem, in Bulla Cruciatæ suspenduntur. Et huic opinioni adhæsi in nostra explicatione Cruciatæ. Sed inuenio viros doctos, & religiosos contrariam amplecti sententiam: ad quen effectum multa mente fabricant ad prædicti argumenti solutionem. Et certe ex his multa ad manus meas peruererūt. Et post longas Vigilias in huius argumenti solutione insudando, volens communem opinionem tantorum patrum sequi, meam sententiam in medium proferam sub correctione cuiuscunq[ue] melius sentientis. Et infra. Ex quo colligitur primo quod priuilegia concessa presbyteris confessoribus dictorum ordinum ad absoluendam